



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

contra que sententia lata fuit, timet palam, & exprefse coram iudice appellare, uel ob metum ipsius iudicis, uel ob metum poenae impositae, uel ob aliam iustam causam, tunc si infra decem dies fuerit coram honestis personis protestatus, illi protestatio prodest, ut tempus decem dierum ei non currat, quin illis elapsis possit iuste, & legitime appellare, & appellationem profequi. c. fi. de appellatione. l. si. C. de his. qui prop. met. iud. l. 2. §. dies. quando appell. sit & §. bidui. 2. q. 6. ergo si idem dicitur est, quando infra decem dies quis deberet petere reductionem laudi ad arbitrium boni uiri, puta uel ex forma statuti, uel de iure communi secundum opinionem illorum, qui ita & male tenent, q. si ille, contra que laudum fuit latum, timet uel ob poenam, uel ob aliam iustam causam infra decem dies palam, & manifeste coram iudice reductionem petere, tunc hic poterit infra decem dies coram honestis personis protestari, ut dicitur in simili in d. c. fi. & in dicta l. si cum alius. Metus autem executionis literae cambii per Dondinum factae deducatis quingentis est iustus metus adeo, q. si emologatio facta fuisset, diceretur facta non sponte, sed coactè ratione euitandi executionem dictae literae cambii, quae habet executionem celerissimam, & paratam, & contra quam nihil fieri potest opponi, nisi exceptio solutionis, uel p. scriptio, uel q. non sit manu illius, qui asseritur scriptis, ut colligitur ex iis, quae uoluit Alexand. in consil. 49. in l. colum. uolum. 3. Nam quod fit metu poenae uentilanz, non dicitur fieri sponte, sed coactè, ad tradita per gloas. in c. audacter. 8. q. 1. Barto. in l. creditor. ff. de solutio. Bald. in l. omnem. in fi. ad tertullian. in l. salus. ad finem. C. de furtis. & Aret. in l. ita stipulatus. la grande in uerbo quocumq. ff. de uerborum obligatio. ergo stante iusto metu, propter que Dondinus reductionem infra decem dies non petit, licitum ei fuit coram honestis personis protestari ad effectum, ut per lapsum decem dierum uia petendi reductionem ei non pracludatur, ueluti etiam praefatus dominus Sebastianus in suis allegationibus plenius demonstrauit. Et haec opinio iudicio meo est acquiri, & sanior maxime in casu, in quo ex laudo resularet enormissima, & maxima laesio, propter quam in multis, immoderatis omnibus a regulis iuris receditur, ut omnes attestantur, & supra tetigi. Haec ad corroboracionem eorum, quae dictus dominus Sebastianus doctè deduxit, breuiter dixisse uolui. Laus Deo.

S P M M A E.

- 1 Processus ad ulteriora, ommissa pronunciatione super exceptionibus emergentibus, & processum conueneribus, quando ualeat, & quando non.
- 2 Iudex, quando cum causa cognitione processisse, & de exceptione emergenti cognouisse praesumatur.
- 3 Iudex abique pronunciatione expressa super emergenti potest procedere ad ulteriora, & tunc tacite super emergenti uidetur pronunciare, quod non obstat.
- 4 Iudex, quando pronuncians dicitur super incidenti pronunciare, & non. 8.
- 5 Super exceptione incompetente, & iurisdictionem elidente quando sit expresse pronuncians, & quando sufficiat processus ad ulteriora.
- 6 Super exceptionibus declinatoriis, & processum causae principalis secundum ordinem causae ad causam prius est procedendum, & pronuncians, quam super negotio principali.
- 7 Sententia an, & quando simul, & semel, ac eodem tempore super exceptionibus processum impediens, & super negotio principali ualide ferri possit.
- 8 Exceptio incidens, & exceptio emergens an differant quoad mo-

- dum pronuncians, & procedendi super illis.
- 9 Super possessorio, & petitorio quando simul, & semel pronuncians potest.
 - 10 A sententia lata simul, & semel super emergenti, & super negotio principali, item super possessorio, & petitorio quando possit appellari, & quando non.

E P I T O M E.

Indicem, ommissa pronunciatione expressa super exceptione emergenti processum impediens, & iurisdictionem elidente, posse post aliquod tempus, infra quod uerisimiliter de illa emergenti cognoscere potuit, super negotio, & ca principali pronunciare, item simul, & semel super utroque, dummodo prius super emergenti, & successiue super principali, hic ostenditur.

C O N S I L I U M XXXIII.

Cum scirem causam coram uiro doctissimo pendere, saepe renui uelle mineruā, ut dicitur, sed ut desiderio, & petitioni amicorum quorundam satisfaciam, nō potui, quin haec pauca scriberem. Quamuis igitur doctores multum dubitent, tan processus ualeat, quādo iudex omisit pronunciare super exceptionibus emergentibus, & processum conueneribus, procedendo ad ulteriora, tamē super hoc uera uidet illa theoricā, quā ponit Bartol. in l. a procedente. C. de dilatio. & est de mente Pauli de Castro in l. fin. in princip. ff. si certum petat. & habetur per Angelum in consil. 217. circa 3. colum. quōd aut iudex processit ad ulteriora absq; cognitione causae factae super exceptione emergenti, & tunc processus est ipso iure nullus, uel saltē annullandus, aut ad ulteriora processit, habita super emergenti cognitione causae, & tunc processus est ualidus, & sic procedendo iudex censetur tacite pronunciasse exceptiones non fore admittendas, ut ibi per Bartolum. Quam distinctionem, & doctrinam doctores communiter sequuntur, ueluti refert, & sequitur Felin. in cap. suborta. in 3. & 4. colum. iunctis positris ibi per eum in 1. limitatione de re iudica. & habetur per doctores in cap. 1. de ordin. cognit. Et tunc iudex psumitur cum causae cognitione processisse, & de exceptione emergenti cognouisse, quando non processit ad ulteriora in continenti post oppositā exceptionem, sed ex intervallo tāti temporis, infra quod iudex uerisimiliter de exceptione opposita cognoscere potuerit iuxta cap. cum ex literis. de restitutio. in integrum, aliās secus, ut habetur per Bartolum in l. 3. prolatam. C. de sentent. Et si quōd iudex absque eo, quod expresse pronunciet super emergenti, possit procedere ad ulteriora, & sic procedendo dicatur tacite pronunciasse, exceptionem non obstat, nec esse admittendam, probatur in d. cap. suborta. ibi intelligitur reprobasse, & in cap. ex parte. il. 2. ibique omnes scribentes de appellationi. Praeterea si sicut pronuncians diffinitiuē iudex dicitur tacite super incidenti pronunciare. l. 2. C. de ordin. cognit. ita procedendo ad ulteriora, nulla facta mēione de exceptionibus emergentibus, censetur tacite super illis pronunciasse, q. non obstat, ut dicit Bartol. in d. l. a procedente, & traditur ab Alexand. in consil. 37. in 5. colum. uolum. 2. Et dicit Barto. in l. ait prator. §. permititur. uerficu. quid si iudex. ff. de minoribus, quōd iudicium ualeat, licet super exceptione emergenti non discussa non fuerit pronunciatum, sed ultra processum, & adde eundem Bartolum in l. si quārimus. in 1. colum. ff. de testamentis. & Ioan. de Imol. in l. quidā consulebat. colum. penult. ff. de re iudicata. Praeterea si quando iurisdictione iudicis non est funditus nulla, sed est per exceptionē elidibilis, ut cōtingit, quando



do fuit datus iudex in rescripto subreptitio iuxta textum cum ibi plenè not. in c. ceterum. & in c. super literis ubi Abb. & Ant. extra de rescript. si de exceptione fuit cognitum uerè, uel præsumptiue, ut supra, nõ est necessaria pronũciatio expressa super exceptione huiusmodi, sed sufficit processus ad ulteriora, per quem uerè tacite pronũciatum exceptione non obstat, & illa censetur reiecta, ut uoluit dominus Ant. in d. c. super literis. in col. 23. & in c. 2. col. 7. de dilatio. Dominicus de Sancto Gemin. in c. 1. uersu. quinto tamen de rescript. in 6. Angel. in l. 2. col. 7. ff. si quis in ius uocan. non ierit. Et prædicta procedunt, quoniam fuisse per partem aduersam oppositum de defectu iurisdictionis, & iudex parte præsentem ad ulteriora processisset, nam tunc iurisdictionis iudicis in futurum firmatur, ita uoluit Anton. de Butr. in d. c. 2. de dilatio. col. 7. Nec aduersatur id, quod uoluit Innocen. in d. c. 2. quia ipse loquitur, quando pars aduersa non comparet, nec opponit, nõ tunc opus est, quod parte non comparente iudex pronũciat expressè suam esse iurisdictionem, & postea causam finiat, ita loquitur Innocen. ibi, & glos. in ele. fin. de appellatio. Secus si pars comparuisset, & contra iurisdictionem iudicis non funditus nullam, sed per exceptionem elidibilem opposuisset, & super exceptione fuisset uerè, uel præsumptiue cognitum, ut dixi, quoniam tunc non est necesse pronũciari expressè super iurisdictione, seu exceptione opposita, per prædicta, maxime per glos. in d. l. 2. §. si dubitetur. ff. de iudic. Et ita in terminis declarat Angel. in d. conf. 217. incip. in cauta accusationis. in 3. col. uersu. quinto. qui reputat illos esse imperitos, qui credunt requiri expressam pronũciationem super exceptione incompetentiæ post oppositam exceptionem emergentem declinatoriam, & elidibilem iurisdictionis, ut ibi latius per eum, ubi optimè loquitur post Innocen. in c. cum maria. in glos. 1. uersu. sed ecce de elect. ubi dicit, quod postquam iudex pronũciat se competentem, & exceptiones non obstat suæ iurisdictioni, nõ est amplius de iurisdictione quaerendum, ut per eundem Innocen. in d. c. super literis. in glo. in uer. forsan uersu. & si pronũciauerit suam iurisdictionem. Sed pronũciari dicitur & expressè, & tacite per processum ad ulteriora, postquam fuit cognitum super exceptionibus, ut supra, ergo ulterius de iurisdictione quaerendum, & disputandum non erit, & de hoc habetur per Ang. in d. conf. 217. col. 2. uersu. tertio probatur.

6 Sed dubium extat, ex quo ¶ ordo causæ ad causam est, ut prius procedatur, & pronũciatur super exceptionibus declinatoriis, & processum causæ principalis impediuntibus, & non simul, iuxta ea, quæ habentur in l. 2. & per totum. C. de ordin. cognit. & in l. 1. C. de appellatio. cap. exhibita de iudic. & per Imolam.

7 Ange. & alios in l. si quæramus. ff. de testamen. ¶ Uerè postquam iudex cognouit de exceptionibus contra processum oppositis, deinde de meritis causæ, simul, & semel possit sententiam ferre super exceptionibus processum impediuntibus, & declarare illas non obstat, & iurisdictionem ad se spectasse, item & successiue super negotio principali, & sic super utroque simul & eodem tempore, & simul, successiue tamen prius pronũciando super iurisdictione declarando illam ad se spectasse, & successiue condemnando, uel absoluendo, seu iudicando benè, uel malè fuisse appellatum. Bart. in d. l. a procedente, quem omnes sequuntur, uult, ¶ quod iudex diffinitiuè pronũciando possit etiam super exceptione incidenti pronũciare, imò simpliciter pronũciando diffinitiuè super negotio principali dicatur exceptiones incidentes rejicere per textum in d. l. 2. & in l. 1. C. de ordin. cognit. & in hoc uidetur uelle apparere incidentes, & emergentes, ut ibi per eum. lo. uerò de Imol. in c. 1. de ordin. cognit. in fin. aliter sentit, quod exceptio incidenti proposito differat ab exceptione emergenti, quia de per incidenti, hoc est, quæ non respicit processum, sed fit, quod surgat tacita pronũciatio per prolationem sententiæ super principali, sed in emergenti, quæ processui opponitur, ut illum impediatur, hoc non sufficit, immo sententia redderetur nulla per textum in c. exhibita. de iudic. Et propterea oportet, per alium aduertere sententiam surgere tacitam pronũciationem super emergenti, & idè sentit in d. l. si quæramus. & hoc uoluit Abb. in d. c. 1. & ratio est secūdam Abb. & alios ibi, nam quando exceptio concernit, & impedit processum, idè debet prius expressè, uel tacite diffinitiuè ut appareat, an sit procedendum, nec ne, quoniam iudex uellet simul, & semel etiam super principali procedere, inurgeret quædam contrarietas, & perplexitas, quia exceptio infert non esse procedendum, & iudex procedendo oppositum facere uideretur, & propterea super ea prius est discutendum, & pronũciandum expressè, uel tacite procedendum ad ulteriora, sic ad actum contrariu. d. c. exhibita. & nota in c. exparte. il. 3. de appellatio. Sed quando exceptio concernit merita causæ, & factum principale, tunc idè non est necesse prius super illa pronũciare, quoniam super illis non est utendū. c. 2. de probatio. nam pronũciando super principali satis dicitur super ipsa exceptione tacite pronũciari. Itè exceptio concernens factum principale, qualis est peremptoria, opponitur nõ principaliter propter se, sed ut ipsum factum principale, de quo est questio, perimat, & idè satis est pronũciari super ipso principali, de quo est questio, & non super incidenti proposito, cum sententia debeat esse eadem in libello, & petitioni, & propterea melius est nõ pronũciare, si tamen pronũciatur, sententia tamen, dimodo pronũciatur ad effectum pronũciandi super ipso principali: ita dicit Abb. in d. c. 1. in ult. col. ubi, sed difficultas solum consistit. Ex prædictis ergo iudicatur, quod quando ex pronũciatione super utroque facta non resultaret contrarietas, quia ex ea inferretur, quod prius fuisset cognitum super emergenti, quàm super principali, tunc licet sententia nõ debuisset sic ferri, tamen lata teneret, arg. c. cum dilectus. de cau. posses. & pronũciata l. 1. C. de appella. multa enim prohibentur ferri, quæ facta tenent. c. ad apostolicam. de regularibus. c. rursus. qui clerici, uel uouè. Exemplum, si post prius oppositam exceptionem emergentem, & illam cognitam iudex processit in negotio principali pronũciando hoc modo, Declaro, mihi iurisdictionem, non obstantibus exceptionibus oppositis, competisse, & successiue condemnando, uel absoluto, seu dico benè, uel malè fuisse appellatum, secūdam quod per iudicem attentis meritis causæ, erit iudicandum, uel iudicandum, quod in casu isto sententia ualeat, nõ ex ea nullatenus sultat contrarietas, & repugnantia, tum quia per sententiam apparet fuisse prius cognitum super emergenti, quàm super principali, tum quia per talem sententiam non dicitur pronũciari super emergenti, cum prius super ea tacite fuerit pronũciatum per processum ad ulteriora post illius cognitionem, & sententia sic lata non continet nouam pronũciationem, sed declarationem prioris tacite declarationis, declarando, declaro, iurisdictionem mihi competisse, & competere, & qui declarat, nihil de nouo dat, nec inducit, sed datum, & inductum significat, hæredes palam. ff. de testat. Præterea ex quo iudex, cui fuit oppositum de iurisdictione, & quod de hac exceptione emergenti cognouit, processit ad prolationem sententiæ super negotio principali, apparet ex hoc tacite super illa emergenti pronũciatè per prædicta, ergo sententia lata, ut supra, ualeat, quia

quia ex ea nullatenus inferretur, quod prius fuisset cognitum super emergenti, quàm super principali, tunc licet sententia nõ debuisset sic ferri, tamen lata teneret, arg. c. cum dilectus. de cau. posses. & pronũciata l. 1. C. de appella. multa enim prohibentur ferri, quæ facta tenent. c. ad apostolicam. de regularibus. c. rursus. qui clerici, uel uouè. Exemplum, si post prius oppositam exceptionem emergentem, & illam cognitam iudex processit in negotio principali pronũciando hoc modo, Declaro, mihi iurisdictionem, non obstantibus exceptionibus oppositis, competisse, & successiue condemnando, uel absoluto, seu dico benè, uel malè fuisse appellatum, secūdam quod per iudicem attentis meritis causæ, erit iudicandum, uel iudicandum, quod in casu isto sententia ualeat, nõ ex ea nullatenus sultat contrarietas, & repugnantia, tum quia per sententiam apparet fuisse prius cognitum super emergenti, quàm super principali, tum quia per talem sententiam non dicitur pronũciari super emergenti, cum prius super ea tacite fuerit pronũciatum per processum ad ulteriora post illius cognitionem, & sententia sic lata non continet nouam pronũciationem, sed declarationem prioris tacite declarationis, declarando, declaro, iurisdictionem mihi competisse, & competere, & qui declarat, nihil de nouo dat, nec inducit, sed datum, & inductum significat, hæredes palam. ff. de testat. Præterea ex quo iudex, cui fuit oppositum de iurisdictione, & quod de hac exceptione emergenti cognouit, processit ad prolationem sententiæ super negotio principali, apparet ex hoc tacite super illa emergenti pronũciatè per prædicta, ergo sententia lata, ut supra, ualeat, quia

S V M M A E.

- 1 Argumentum a contrario sensu in statutis procedit.
- 2 Verba eo casu, & tunc, & eo casu dispositionem solum ad casum expressum restringunt.
- 3 Instantia in causis pupillorum, & aliarum miserabilium personarum et de iure cō sunt perpetuae, & ad triennium non limitatae.
- 4 Instantiam certam, & praefixam habet et causa, in qua summarie, & iuris ordine non servato procedi potest.
- 5 Verba in omnibus, & per omnia qui d significent.
- 6 Exceptio firmat, & restringit regulam in casibus nō exceptuatis.
- 7 Appellati non currit tempus, nec bienniu est necessario dandum, quando causa appellationis non fuit expedita facta, & culpa iudicis, uel appellati, non autem ipsius appellantis, qui sepius protestando, salaria deponendo, & aduersarium ad audiendū sententiam citando, inſerit, ut iudex pronunciaret.
- 8 Appellatio quod sit deſerta ob lapſum temporis etiam propter protestationes iudici factas aditi, & prorogati ex dispositione statuti Bononiensis sub rub. de iudicibus appellatio. in §. quibus omnibus an procedat etiam quoad instantiam iuris communis.
- 9 Stilis curiae quando attendatur.

E P I T O M E.

In causis pupillorum siue principalis, & prima instantiae, siue appellationis coram quocunque iudice motis, quod instantia certa non sit limitata, sed censetur perpetua, nisi ab altera partium litigantium in principio causae, uel quandocunque durante iudicio petitum fuerit instantiam certam, seu tempus limitatum praefigi adeo, quod iura, & statuta de peremptione instantiae loquentia in eis locum non habeant, nisi eo casu, quo instantia ad partis petitionem fuerit praefixa, & limitata, stante dispositione statuti Bononiensis sub rub. de arbitrio domini Potestatis & c. contra Alex. in consil. 55. uol. 5. qui contrarium ibi consuluisset, hic demonstratur, & statutum praedictum plene declaratur.

C O N S I L I U M XXXV.

IN hac causa rei euidencia me impellit ad inharendum conclusioni traditae per excellentissimum do. Bernardum consultiorem, qui cum plenissime, ac subtiliter omnia considerauerit, & causa coram praestantissimis uiris agatur, ego paucis agam. Dubium itaque uertitur, an in causa appellationis interpositae a sententia Vicarij do. Potestatis Bononiae sit dare instantia, & cursum fatalium attento, quod sumus in questione, & causa pupillorum, in qua de iure tam communi, quam municipalis uidetur, quod non sit dare instantiam certam, nec tempus limitatum, ut doctè, & plene comprobauit praefatus domi. Consultor, & praesupponere uideatur statutum positum sub rub. de arbitrio domini Potestatis, & Capitanei in §. & quia in statutis. Sed Alexand. ferè in terminis in suo consil. 55. uolumi. 5. inclinat in illam partem, quod quando in causis pupillorum, seu miserabilium personarum Potestas, uel Capitaneus fuerit aditus ut specialis iudex, ut ga petitum fuerit, tunc non detur instantia certa, nec tempus limitatum, & tunc Potestas, uel Capitaneus possit pcedere summarie, & absq; ordine statutorum. At quando Potestas, uel Capitaneus simpliciter fuerit aditus ut iudex generalis ordinarius, uel quilibet alius iudex, siue sit ordinarius, siue delegatus, tunc in causis pupillorum procedi possit secundum ordinem statutorum, non autem summarie, & sepius tunc causa pupillorum quoad instantiam regulari debeant, secundum quod alia statuta cōs Bononiae regulariter, & communiter uolunt. Et ita ipse Alexan. intelligit, & declarat dictum statutum positum sub rub. de arbitrio do. Potestatis, &

H h 2 Capi-

quia ex ea nulla contrarietas, & repugnantia resultat, ut ita declarauit. Et quauis sententia cōtineat et ex preſe declarationē iurisdictionis, tamē propter hoc non dicitur principaliter continere pronuntiationē super emergenti per praedicta. Et ideo arbitror, quod si postquam fuit de iurisdictione oppositum, & iudex de hac exceptione emergenti cognouerit, quod quidē praesumitur ex cursu alicuius temporis, ut supra tetigi, si ipse iudex citando partē pronunciauit simpliciter super principali absq; eo, quod aliqua et mentio fieret de illa emergenti, sententia ualere, nā prius per processum ad ulteriora, & ad prolationem sententiae super principali uidet tacite super emergenti pronuntiatum, & sic ista ualere. Et propterea in casu nro arbitror, quod iudex possit ad prolationem sententiae super principali procedere, cum iam diu fuerit de iurisdictione oppositum, & consequenter est super illa per iudicem cognitum censetur. Non obstat ea, quae uolunt Imol. Abb. & alij in d. c. 1. de ord. cognit. ubi simul, & semel non potest super emergenti, & negotio principali pronuntiar, ueluti etiam tenet Felin. in d. c. suborta. col. 5. in 2. limitatione, & Imol. in d. l. si quaramus. quia illa procedunt, quando aequē principaliter simul & semel fuisset super utroque pronuntiatum, nec constaret prius fuisse cognitum, nec pronuntiatum etiam tacite super emergenti, nam tunc resulteret contrarietas, de qua supra, scilicet si fuisset pronuntiatum, ut supra dixi, quia tunc sententia ualere per praedicta: ad quod etiam facit optime tex. in d. cap. cum dilectus. de cau. poss. & prop. ubi simul & semel super possessorio, & petitorio successiue pronuntiat, ut ibi dicitur, quando prius fuisset cognitum super possessorio, deinde super petitorio, ueluti de iure prius est cognitum, ut in l. 1. c. de appellat. & habetur per Bartol. in prolatam. c. de sentent. & facit tex. in c. 1. de ord. cognit. Et ferendo sententiam, ut supra dixi, nō potest etiam appellari hoc praerextu, quod fuerit simul pronuntiatum, ut dixi, uel eo modo, quo de per se fuisset super principali pronuntiatum, quoniam ex hoc pars in nullo censetur laesa, & isto casu locum habet illud, quod multa fieri prohibentur, quae facta tenent, ut supra. Nec obstat. d. l. 1. c. de appellatio. & id, quod habetur per Bartol. in d. l. prolatam cum similibus, quae appellationem in hoc casu permittere uidentur, quia respondendo, quod si aliud est toto praetermittere id, quod est praetermittendum, ut quia totaliter fuisset omisus ordo causae ad causam, & omisso possessorio fuisset solum processum, & cognitum super petitorio, seu omitta cognitione exceptionis emergentis solum fuisset cognitum, & processum super negotio principali, & tunc possit appellari, immo processus esset nullus d. l. 1. cum aliis supra allegatis, & habetur per doctos maxime moder. in d. c. suborta. Aliud est cognoscere de per se super utroque, & secundum ordinem iuris, uidelicet prius super possessorio, deinde super petitorio, seu prius super emergenti, deinde super principali, non confundendo ordinem; & tunc licet processa super utroque simul & semel successiue tamen pronuntietur, sententia ualebit, quando ex tali pronuntiatione nec contrarietas, nec repugnantia resulteret per praedicta, & a tali sententia ratione huius similitudinis pronuntiationis appellari non poterit, quae ex hoc nulli infertur praerudicium, & appellatio datur, ubi adest grauamen. c. ad nostram. & c. ut debitus. cum similibus de appellatio. & ad propositum ferè in terminis hoc uolunt Abb. in d. cap. cum dilectus. col. 3. in fin. uerb. ibi, & in casu huius capituli, de cau. poss. & prop. Plura alia possent ad corroborationem praedictarum adduci, quae a publicis lectionibus iam iam instantibus impeditis omitto. Laus Deo.